

www.e-rara.ch

Moralis Interpretatio Errorum Vlyßis Homerici

**Gregoras, Nikephoros
Proclus**

Omnia nunc primum nata & excusa Tiguri, [1542]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 5.273,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-2254>

Caput XXV.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nihil admiscuit. Caterum Tragœdi, etiam illa quæ Homerus absolute cū ratione prudentiaq; protulit, in imitationem uerterunt, ut auribus uulgi accommodarent, & quæ secundum rectam coniecturā descripsit, emulati sunt phantastice, quod ipsorū non Homeri uitium est. Non secus quàm si quispiam ciuitatem ingressus bene institutam, in qua etiam ebrietas utilitatis alicuius causa exerceatur: hanc solam imitetur, non autem prudentiam, & totam ciuitatis ordinationem: ipsius id culpa, non reipub. factum dicemus. Sed cōcedamus age Homerum authorem esse Tragœdiæ, quatenus quod in ipso ultimum & uiliſimū est, Tragœdi amulantur. At non Tragœdiæ solum, sed omnium Platonis operum secundum imitationem conscriptorum, & totius apud ipsum philosophicæ contēplationis eundem faciemus duce[m] & præceptorem.

CAPVT XXV.

Quamobrem Socrates lib. 10. de repub. Homeri poësim reiiciat, & quod non uniuersam, sed infimam eius partem solum reprehendat.

Postquam poësin in uaria genera diuisimus, pergamus ostendere quod Socrates non uniuersam absolute poeticam, nec omnia eius genera damnat, sed imitatorium tantum, & præcipue quod eius phantasticum est. Nam in principio statim lib. 10. reipub. expressè dicit, non recipiendā esse ullam poësis partem, »

LVCVBATIO

„ que in imitatione consistit. Et statim post: Vt uobiscū
 „ ista communicem (neq; enim uos me coram Tragicis
 „ imitatoribusq; poetis alijs accusabitis) quicquid tale
 „ est, corruptela quaedam mentis audientium esse uide-
 „ tur. Hinc constat, quod non omnem poesim culpet,
 „ alioqui nō opus fuisset imitatorie mentionem facere,
 „ & in solam ipsam omnia argumenta conijcere. Sed ad
 „ uersus Tragœdias & Comœdias ista dici possunt, quæ
 „ nihil aliud quàm imitatio sunt, contra diuinam autem
 „ poesim, & prudentia insignem, minime. Nam hanc ar-
 „ gumentationem, poeta imitator est, imitator tertius à
 „ ueritate est, Ergo poeta tertius à ueritate est, quo pa-
 „ eto conueniet in præstantissimum poetam dijs quàm
 „ coniunctissimum, non tertio gradu abiunctum, qui di-
 „ uina non similibus signis aut imaginibus, sed symbolis
 „ sepe alienissimis & contrarijs representat? Sed neq;
 „ qui rerum naturas ratione ac scientia quàm fieri po-
 „ test proxime attingit, aut imitator, aut tertius à natu-
 „ ra uocari meretur. Quamuis autē, ut diximus, etiam
 „ hoc genus imitatorium in Homero sit, non tamen à ui-
 „ lissima sui parte, quæ non primaria ratione, sed obiter
 „ præter institutum apparet, uerum à præstantissima de-
 „ nominandus est. Sicut & Platonem sapientem & diui-
 „ num nominamus, propter excellentissimum eius bo-
 „ num, etsi obiter omnia eius scripta imitatione multa
 „ uariaq; referta sint. Itaq; concedimus quidē Homerum
 „ imitator

imitatorē esse, sed non imitationem sibi ceu finem pro-
 posuisse: & imitari quidem multa, quæ ipsemet face-
 re & præstare nō posset, ut ubi Vlyssē imitatur com-
 pingentem sibi ratem, & alios aurigantes, quorū ipse
 nimirum neutrum administrare poterat, notionem ue-
 ro administrandi mente complectebatur: sed non mi-
 nus multa, quæ etiā ipse præstare poterat, egregie imi-
 tari asserimus, ut cum heroes consultantēs, aut de iusti-
 tia sermocinantes inducit.

CAPVT XXVI.

Quod Homerus non imitatione sola, sed etiam iu-
 dicio & sciētia ualuerit: & quod animæ partem pas-
 sionibus obnoxiam non foueat, ut alij imitatores &
 Tragici.

Sed iam multis obiectionibus urgemur, si Home- Obiectio-
nes.
 rus non imitator modo fuit, sed etiam opifex ueræ
 institutionis, dic nobis quibus ciuitatibus leges condi-
 derit, quod bellum ab ipso feliciter gestum sit, aut qui
 nam peculiariter ex eius disciplina profecerint.

His omnibus simul respondeo, quod illorum memo Dilutio.
 ria longitudine temporis iam oblitterata sit, & nullus
 Homeri ætate historicus fuerit, qui publica priuataq;
 eius gesta posteritati conscripserit. Hoc tamen ex hi-
 storijs accepimus, quod ciuitates quædam subsequētis
 temporibus Homericis carminibus usæ sint ad senten-
 tiam in iudicijs proferendam. Quare nihil mirum fue-